



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs,
tum pro Pœnitentibus**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

De proposito vitandi venialia, §. 5.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

§. 5.

De proposito vitandi venialia.

14 **V**itandi venialia propo-
sitem non est necesse ut
sit ita strictum, & efficax, sicuti
vitandi mortalia. **a** Explico af-
ferendo duas differentias inter **a Laym.**
tr. 6. de
propositum mortalium, & pro-
positum venialium. Primò enim **pæn. c. 4.**
ad vitanda mortalia ejusmodi **n. 19. Co-**
propositum concipere debeo, ut **ninch d. 2.**
de pænis.
co concepto moyear ad decli-
nandas omnes mortaliter pec- **dub. 41.**
candi (proximas saltem) occa-
siones: de qua re infra lib. 3. c. 3.
differemus. At ad vitanda ve-
nialia non oportet me ad decli-
nandas universas occasiones, et
iam proximas, urgeri: cum enim
occasions proximæ ad venia-
lium lapsum sint frequentissi-
mæ; si ab illis omnibus esset no-
bis declinandum; ex hoc mun-
do,

5. Dg

do, ut ait Apostolus, exire debemus. Atque hinc consequitur facilius absolvi eum, qui frequentius cadit in eadem venialia, quam qui in mortalia; nam offendere in venialibus non est tam rationabile signum quod caruerit quis vero proposito (sicuti est in mortalibus) sed est indicium fuisse frequentissimas occasiones, à quibus non est tanta obligatio se separandi.

b Idem.

c Secundò propositum vitandi mortalia se extendere ad omnia omnino debet collectivè; at vitandi venialia, satis est disjunctivè ad aliqua. c Ratio est, quia ex una parte omnia prorsus vitare non possumus & ex alia unum sine alio remitti potest. Alia discrimina vel non faciunt ad nostrum institutum, vel ad duo praedicta facile reducuntur.

c Idem.

Finis Libri. E.